

awaldo ciui skæningensi vnum attonggom integrum in apondum situm, cum consensu abbatisse in askaby tociusque conuentus eiusdem, pro pleno precio ac competenti secundum leges terre plena confirmatione et legalibus juribus veraciter dimisisse, Cum ratione discretorum videlicet ranualdi qui pro confirmatione eiusdem empacionis loquebatur scilicet ranualdus de lincopia istis presentibus videlicet ernilssø kætilbrynnson æstero ingelsson petro kartæ laurencio thorisson, menechino, lyberto hermanno geoson alijsque personis quam plurimis nobilibus et discretis ad huius autem vendicionis certitudinem ampliorum sigillum meum presentibus est appensum scriptum lincopie anno domini M° CCC° XX° octauo feria quarta post dominicam palmarum.

2660.

1328 d. 5 April.

Upsala.

Uppgift på kostnader vid Uplands Lagman Birger Perssons begravning, uppgående till 234 mark och 13 örtugar, jemte 40 mark för messor, almosor och hö, mottagna af Germund Håkansson; hvartill Hr Ulf Gudmarsson förskjutit 72 mark och hans broder Magnus 62 mark.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Infrascripte expense facte fuerunt, ratione Exequiarum post bone memorie, dominum Byrgerum petersson quondam legiferum vplandie, factarum, et per Germundum Haqunsson, per modum qui sequitur, recepte. Primo stokholmis de Conrado de Arxø .II. hedhinstykke pro triginta quinque marcis denariorum. Jtem vna libra cum dimidia, croci, pro quatuor marcis cum dimidia denario-rum. Jtem. XII libre. cimini, pro, nouem oris denariorum. Jtem .II. libre cum dimidia zingiberis pro septem oris cum dimidia denar. Jtem vna libra et dimidia granorum paradisi. pro tribus marcis denar. Jtem vna libra cinamomi. pro. dimidiā [ɔ:-dia] marca denar. Jtem VI libre piperis, pro decem et nouem oris. denar. Jtem .III. libre. anisi pro duabus oris Jtem III libre galange. pro decem oris. Jtem .II. libre gingiberis et quarta pars libre. pro septem oris et dimidia. Jtem vnum tapetum pro octo marcis. Jtem vnum hedinstykke. quod datum suit ecclesie botwidhakirkiu. pro. decein. marcis. Jtem vna lagena vini albi pro quatuor marcis denar. Jtem grossi strumuli pro duo-decim marcis. et parui. pro quatuor marcis, Jtem vnum mijrsrer, pro quinque marcis. Jtem vna lagena vini rubei de ruzella, pro .XII. marcis. Jtem vna lagena vini rinensis. pro octo. marcis. ¶ Summa premissorum centum et duo-decim. marce cum septem oris denariorum. Jtem ibidem .XVIII. vlne tele

ad

ad portandum panes intus pro nouem oris. Item .XC. libre amigdalarum pro sex marcis. et tribus oris. Item Centum et quinque libre. risi pro tribus marcis et sex oris, Item .XL. libre olei. pro viginti vna ora et duobus solidis. Item tela pro portandis. oleo. amigdalas et riso pro .VII. solidis. Summa istorum. quatuordecim marce, et due ore denariorum. Item sigtonie. amigdale et rijs. pro duabus marcis. sex oris et duobus solidis. Item pro fratribus ibidem .I. alecterium pro duodecim oris. Summa istorum. quatuor marce. et octo solidi. denar. Item vpsalie. de Gierdero, primo aurum ad vexillum, pro quatuor marcis denar. Item saeter. pro .XX. oris, Item .II. alecteria. pro tribus. marcis. Item .III. lagene alecium. pro sex marcis et sex oris. Item .III. lagene alecium. pro nouem marcis et .II. oris. Item .X. talenta minora salis pro. quinque oris. Item pro scolaribus qui parauerunt ceram. due marce. Item pro ingimundo promo .VII. solidi. Item dabatur salarium pro quodam hospicio .I. marca. Item Thome pictori, .VIII. marce. Item laborantibus in coquina .II. marce. Summa. triginta nouem marce. et decem solidi. Item de styrberno institore ibidem, species pro vndecim oris et dimidia. Item permutando, cum eodem saeter in sericum. decem et octo. ore. Item vna ulna tele blauee *). pro vna ora. Summa. tres marce .VI. ore cum dimidia. Item humulus. mirtus et .III. libre zucare. pro triginta vna marcis. Item tria talenta parua cere pro nouem marcis et quinque oris. Item habuit Agmundus magnusson. quatuor marcas. Item presbiteri et campanarij. in sigtonia, ac presbiteri et campanarii in vpsalia. quindecim marcas. et quinque solidos. Summa istorum. quinquagintanouem marce et viginti solidi.; Summa omnium summarum simul, ducente triginta quatuor marce cum tredecim solidis denariorum. Preter summas predictas, expense fuerunt, in missis et Eleemosinis, triginta marce denar. Item pro feno, decem marche. De predictis autem summis solute sunt per dominum wlfsonem Gudmarsson .LXXII. marce. et .VI. ore., ac per fratrem ipsius magnum .LXII. marce. et .VI. ore. denariorum. Factus fuit iste computus vpsalie. Anno domini. M^o. CCC^o. vicesimo octauo, feria III:ia. pasche. Presentibus, venerabili in christo. patre, domino Olauo dei gracia archiepiscopo vpsalensi, ac Nobilibus uiris domino vlfone, ac eius fratre magno, predictis, Johanne Jngimari ac Germundo hakunsson, quorum sigilla presentibus sunt appensa.

På frånsidan: Computus expensarum exequialium funeris domini birgeri petersson bone memorie legiferi vplandie.

Sigillen borta; alla fem remsvorna qvar.

*) Framför »blauee« står »rubee« underprickadt.